



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 5. Querelæ de Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

set de criminibus in se conjectis. Intra Sæcul. XIV.  
hebdomadem Paschatis, quod hoc anno A.C. 1306.  
in tertiam Aprilis incidit, Rex Eduardus <sup>Sup. Lib. 89.</sup>  
promulgandas curavit Papæ litteras, per <sup>§. 45.</sup>  
quas religione jurandi, quod subditis <sup>Angl. Sac.</sup>  
de confirmandis eorum immunitatibus, <sup>to 1. p. 16.</sup>  
ac de sylvestribus terris extricandis de- <sup>Westm.</sup>  
derat, solvebatur, & anathemate devin-  
ciebantur ii, qui hoc juramentum obser-  
vari vellent. Papa Regi Angliæ pro au-  
xilio Palæstinæ ferendo ad biennium  
concessit etiam decimas, quæ tamen a-  
lios in usus conversæ sunt. At cum in-  
super quidam Episcopi Angliæ fructus  
Ecclesiarum, quæ suis in diœcesibus pri-  
mæ vacarent, per unum annum percipi-  
pere cuperent, Papa, quod peterent in-  
feriores, id se sibi ipsi tribuere posse ra-  
tus, anno primo proventuros redditus o- <sup>Thomaff.</sup>  
mnes omnium episcopatuuma, abbatia- <sup>discipl. to. 3.</sup>  
rum, prioratum, canonicatum, parœ- <sup>p. 739.</sup>  
ciarum, beneficiorumque vel minimorum,  
quæ in Anglia ab eo tempore per  
biennium vacarent, sibi addixit. En ini-  
tium Annatarum, ut vocant.

## §. V.

## Querelœ de Papa.

Clemens V Lugduno Burdigalam suum <sup>Cont. Nang.</sup>  
persequens iter ab Ecclesiis secula- <sup>p. 620.</sup>  
ribus & monasteriis magnas pecuniæ sum-  
mas

Sæcul. XIV.  
A.C. 1306.

mas tam per se ipsum, quam per comitatum exprimebat suum. Bituricas de-latus Archiepiscopum fratrem Egidium Romanum trecentas libras Turonicas sibi solvere jussit, quod bis omisisset Sum-mam adire Sedem, sicut secundo quo-vis anno oportuisset: atque hic Praefat ad tantam redactus inopiam fuit, ut instar simplicis Canonici officio divino cogeretur assistere de quotidianis distri-

Baluz. to. 1. *p. 64. 654.* distributionibus vivendi causa. Die sabbati

*p. 4. 580.* 23 Aprilis D. Georgio sacra Clemens Lemovicis erat cum octo Cardinalibus, & in coenobio FF. Praedicatorum ha-bitabat. Inde Petrocoram, ac demum Burdigalam venit, ubi cum suo comi-tatu per annum reliquum mansit. Sub festum Paschatis diem, quo Francia in-choabat annum, Parisios advenerunt tres Cardinales, scilicet Gentilis Mon-floridus ex Ordine Minorum Papæ Po-nitentiarius, Nicolaus Frovillius, qui Regi a confessionibus fuerat, & Tho-mas Jorzius Anglus, pluresque alii Pa-pæ Legati, qui Ecclesiæ Gallicæ ma-gno erant oneri propter pecuniam, quam

*p. 5. 578. 584.* postulabant præter suos sumptus. Quam-obrem Galliae Præsules mense Julio plu-ribus in locis inter se consultabant, quid agerent; ac sequebantur Regis, regisque

Baluz. to. 2. *p. 58.* senatus sententiam. Rex Milonem No-  
jerum Castrorum Præfectum primarium

cum

cum duobus aliis Equitibus ad Papam sæcul. XIV.  
legavit hac de re conquesturum. Papa A. C. 1306.  
Guilielmum Musciaci Abbatem, & Arnaldum Auscensem, Canonicum Cosedianum  
ad Regem misit cum epistola, in  
qua dicebat, conscientiam suam nihil,  
quod ad se ipsum attineret, exprobrare  
sibi; nolle se tamen excusare Legato-  
rum facta, donec de his edoceretur me-  
lius. Se mirari Præsules, quorum ple-  
riique, antequam Papa fieret, amici fuis-  
sent sui, ad se non recta suas detulisse  
querimonias. Se suorum errata, post-  
quam ea noverit, correcturum. Dabat  
Burdigalæ 27 Julii. Querelæ oppido Id. p. 584.  
graves fuerint; necessum est, quippe quæ  
permoverint Regem, ut ad Papam tam  
amicum sibi talem legationem mitteret.

### *Judei expelluntur e Francia.*

Interea Rex Philippus Judæos e regno  
pulsurus suo, omnes eodem die D.  
Magdalena sacro 22 Julii an. 1306 com-  
prehendi jussit tam secreto, ut vix præ-  
fentiscerent. Cuncta eorum bona, quæ Id. p. 5. 65. 98  
quidem detegi potuere, fisco addicta sunt: C. Nang.  
solum id pecuniae cuique relictum est, p. 622.  
quod erat opus, ut educeretur e Gallia.  
At sub poena mortis prohibitum fuit, ne  
redirent. Hoc imperium executioni da-  
batur